

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

eos. & constituerunt aduersus eos pre-  
lium in die sabbatorum. Et dixerunt ad eos.  
Resistite & nunc adhuc. Erunt & fa-  
cite secundum uerbum regis. & uiuetis.  
Et dixerunt. Non exibimus neque faciemus  
uerbum regis. ut polluamus diem sab-  
batorum. Et concitauerunt aduersus eos  
prelium. Et non responderunt eis. nec  
lapide miserunt eis. nec operauerunt  
loca occulta. dicentes. Moriamur omnes  
in simplicitate nostra. & testes erunt super  
nos celi. & terra quod iniuste perdidimus  
nos. Et intulerunt eis bellum sabbati.  
& mortui sunt ipsi & uires eorum  
& filii eorum & pecora eorum usque ad  
mille animas hominum. Et cognouit  
Matathias & amici eius & luctum  
habuerunt super eos ualde. **VI.**

**E**t dixit uir primo suo. Si om-  
nes fecerim sicut fratres nostri fece-  
runt. & non pugnauerim aduersus  
gentes pro animabus nostris. & iustifi-  
cationibus nostris. etiam dispident nos  
in terra. Et cogitauerunt die illa di-  
centes. Omnis homo quemcumque uene-  
rit ad nos in bello die sabbatorum  
pugnemus aduersus eum. ut non  
moriamur omnes sicut mortui sunt  
fratres nostri in occultis. Tunc congre-  
gata est ad eos synagoga iudeorum for-  
tis uiribus ex israel. omnes uoluntarii in  
lege. & omnes qui fugiebant a mali.

additi sunt ad eos. & facti sunt  
illis ad firmamentum. Et collegere  
exercitum. & percusserunt peccatores in-  
ua sua. & uiros iniquos in indigna-  
tione sua. & ceteri fugerunt ad na-  
tiones ut euaderent. Et circui-  
uit matathias & amici eius & destru-  
erunt aras. & circumciderunt pueros in-  
circumcisos quot inuenerunt in finibus  
israel in fortitudine. & persecuti sunt  
filios superbie. Et percipit opus  
in manibus eorum. Et optinuerunt legem  
de manibus gentium. & de manibus  
regum. & non dederunt cornu peccatori.

**E**t appropinquauit **VII.**  
dies matathie moriendi. &  
dixit filiis suis. Nunc est fortis  
est superbia. & castigatio. & tempus  
euerisionis. & ira indignationis.  
Hunc ergo o filii emulatores estote  
legis. & date animas ustras pro testa-  
mento patrum. & mementote opus  
patrum que fecerunt in generationi-  
bus suis. & accipietis gloriam magnam  
& nomen eternum. Abraham nonne  
in temptatione inuentus est fi-  
delis. & reputatus est ei ad iustici-  
am. Ioseph autem in tempore angus-  
tie sue custodiuit mandatum. &  
factus est dominus egypti. Fines patris  
nostri helando helu dei. accepit  
testamentum sacerdotum eternum.